Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

240

in atria dni. Deinde dicitur. beati qui habitant in domo tua. Uid&e atria ee. tabernacula. & atria & ad extremu domu. Quadilecta tabernacula tua dne uirtutum. quae sunt istata tabernacula uideamus euangelium a nobis aliqua significantia prebeat. loquitur dns & dicit. facite uobis amicos de iniquo mamona ut cum deficerint recipiant uos in aeterna tabernacula. quid defecerit hoc e. iniquus mamona recipiant uos illi in aetna tabernacula. Uid&is ergo qd iniquus mamona in isto saeculo defecit. Tamen considerate qd iste iniquus iustitia pparuit. mamona in lingua hebrea diuitiae non cupantur. Non aurum ut quidam putant de iniquo mamona. uere e. & philosophi quaedam sententia omnes diues aut iniquus aut iniqui heres sunt. pp ea dicit dns atq: saluator qd diuites difficile ingrediuntur in regnu caelorum. dicat aliquis quomodo zacheus ingressus e in regna caelorum qui diues fuit. sed dedit diuitias. & statim comutauit diuitias regni caelorum. Non dix quicuq: diuites fuer non intrabunt in regna caelorum. sed dix qd difficile diuites intrabunt in regna caelorum. Quadilecta tabernacula tua dne uirtutum. Ali desiderant possessiones. ali saeculi istius diuitias. alii parere in istius saeculi ecclesiis & gloria aliqua habere apud homines. mihi hoc solum desiderium e. uidere aeterna tabernacula. illa mihi dilecta sunt tabernacula. ubi congregatio uirtutum e. non uitiorum. Concupiscit & defecit anima mea in atria dni. hoc e. solum desiderium e. hic solus amor meus. ut uideam atria tua. Uid&e ordine. primu desiderat tabernacula. tabernacula quae non habent fundamentum tabernacula quae cito mutantur. tabernaculum enim semp mutatur. & huc illucq: transfertur. ceterum atria non sunt quidem domus. sed tamen habent aliqua fundamenta. & de atria intramus in domu. Iste ergo primu tabernacula desiderat & postea defecit. & amore tabescit. ut uideat atria. & cum fuerit in atrium. tunc dicit. beati qui habitant in domo tua. Cor meum & caro mea exultauerunt in dm uiuum. Difficile e. ut & cor & caro alicuius in comune consentiant. si enim secundum apostolum spus pugnat contra carnem. & caro contra spm. quomodo hic dicit. cor meum & caro mea exultauit. hoc non potest dicere. nisi illequi in amore di tota mente defixus e. cor meum & caro mea. Illud e. qd dicit. & in alio loco. sicut inter anima mea quam multiplicit ubi caro mea. ista e caro quae desiderat dnm. De qua in alio loco dictum. & uidebit omnis caro salutare di. Illa autem caro de qua dicitur. Omnis caro foenum non desiderat dnm. cor meum & caro mea. Uidemi hi aliquem abstinentem qui mostem carnis suae lucrum putat animae suae. hoc autem carnis sunt ieunia & iniuriae. Denique & apostolus quid dicit. quem tradidi satane in interitum carnis. ut spus saluus fiat. nisi caro